



5

BENEVOLO LECTORI.

Hec est tertia Pharmaco-
pœæ nostræ facies, quam
necessitas extorsit. Cùm
ultimæ Editionis nulla amplius
extarent exemplaria, nos ad aliam
evulgandam accingere coacti fui-
mus. Quapropter hanc damus non
novam, sed ultimam hinc inde
emendatam, & commodiori typo
recusam, eundem ubique ordinem
secuti. Multa tamen studio omisi-
mus quæ nullo modo vel raro in
praxi erant ne nimium Pharma-
copœorum officinæ expensis inuti-
libus gravarentur, multa autem
quæ in usu quotidiano erant, &
quæ in alterâ desiderabantur ad-
jecimus, ut ubique uniformitas
tam necessaria in dispensandis re-
mediis hac in urbe conservaretur;
quod

AD LECTOREM.

quod & non leve hujus Editionis argumentum fuit. Paucis instru-
cta remediis officina satisfacere potest, cùm nullus Medicorum sit
in praxi versatus (si plura desideret) quin ex tempore & ad libi-
tum quascumque Compositiones concinnare possit. Si quibus autem
tyronibus ea nimis jejuna esse videatur, discant nos tantum dis-
pensatorium proponere, & discant sub Magistris in arte peritis la-
borare; si quid prolixius voluerint adeant Autores gravissimos
qui eâ de re ex professo scripse-
runt quos consulere poterunt. Nos
contenti fuimus regulam seu nor-
mam ponere secundum quam offi-
cinæ nostræ hac in urbe semper
instructæ esse debent. Interim be-
nevole Lector si quæ mendæ ir-
repserint quas evitare non est fa-
cile, eas ut benignè corrigere velis
preciamur. Vale & fruere.

J. M.
CARA